DEniqꝫ quoniã vt ait hugo Sicut cera niſi priꝰ
emollita fuerit formam non recipit: ſic ⁊ homo
quidem ad formam virtutum non flectitur niſi ab
omni elationis et contradictionis rigore per humili
pium humilietur. Neceſſe habent qui diſcipline cu
piunt moribus informari. vt humilitatis radiceꝫ in
corde figere ſtudeant: et tumorem proprie volunta
tis preſumptionis et irreuerentie vicia que a ſuper
bia procedere ſolent: tam in r e q̃ꝫ in ſigno vigilantiꝰ
caueant: vt humilitas ancille more: locum preparet
diſcipline.

¶ De captiuatione voluntatis ꝓprie. Cap. iiii.

VOluntatem itaqꝫ propriam ingenti curent ſtu
dio captiuare. Quid enim prodeſt ſub vnius
ordinatione viuentibus ꝙ facultates ſuas abiſciũt
ſi proprias voluntates non relinquunt: cum ſit pre-
ſtantius voluntatibus renũctare q̃ꝫ rebus? Tota re
ligionis perfectio in voluntatis ꝓprie abdicatione
conſiſtit. quare potiſſimum perfectionis ad diſcipline
induſtrius appetitor voluutatibus proprijs edomã
dis: et preſidentium nutui ſubiugandis inuigilat.
Profecto in duobus erit ſubiecte probatio volunta
tis: ſi vꝫ in iniunctis deuote obediat et in agendis ſu
is ſemper habere auctoritateꝫ obedientie non obmit
tat. Primi hoc eſt obedientie in iniunctis patet ne
ceſſitas: patet et meriti magnitudo. Nam quicquid
vice dei precepit homo: quod non ſit tamen certum
diſplicere deo: hoc omnino accipiendum eſt: quaſi p̃-
cipiat deus. Ad meritum etiaꝫ melior eſt obedientia
quam victime ſancteqꝫ obedientie holocauſto: nichil
deo gratius exhibetur. Nemo ad profectionis ſe

mitam currendam magis expeditus q̃ꝫ verus obedi
ens. Quamobrem obedientie filij ſe totos ad obedi
entium exponant: mox qꝫ vt prelati vocem audierit
quaſi diuinitus imperetur moram pati neſciant ſed
relictis omnibus ad iniuncta queqꝫ fideliter exequē
da prompta deuotione cōſurgant vt vicino obedien
tie pede velut vno momento iubentis vocem facti ex
hibitione ſequantur. Perfecta obedientia ſua imp
fecta relinquit. Quinimmo nec bonus obediens ver
bum expectat vbi de ſuperioris ſibi conſtiterit volun
tate. Illum autem optimum dixerim obedientie gra
dum cum eo animo opus iniunctum recipitur quo et
precipitur cum ex voluntate iubentis pendet inten
tio exequentis. Nunq̃ꝫ de maiorum ſententia iudicēt
quorum officij eſt obedire et illorum implere q̄ iuſſa
ſunt. Deinde ſi ad profectum volunt obedientie per
uenire conſtanti ſecum deliberatione proponant de
uote ſemper ad omnia obedire. Si quis igitur gra
ue vel impoſſibile forte iniungitur ſuſpiciant quidez
cum omni manſuetudine iubentis imperiuz. Quod
ſi omnino ſuarum virium pondus excedat impoſſibi
litatis ſue cauſas ei qui preeſt patienter et oportune
inſinuent non ſuperbiendo vel contradicendo vel a
lias leui murmure reſiſtendo ſi adhuc ſuperiori ī ſua
manſerit ſententia ita ſibi nouerit expedire et ex ca
ritate de adiutorio dei confiſi obediant. Chriſtus fa
ctus eſt pro nobis obediens vſqꝫ ad mortem mortem
autem crucis. Qui licet patrem pro calicis tranſ
latione clamauerit continuo tamen adiunxit. verum
tamē non mea voluntas ſed tua fiat. Non ſolum ma
ioribus ſed ſibi etiam inuicem obedientiam certam
impēdant. Incumbit enim chriſti diſcipulo vt omni

petēti ſe tribuat: ⁊ exēplo apoſtoli volūtarios ſe oīm
ſeruos cōſtituāt. Sūtq; vt ſcriptū eſt ſubiecti inuicē
in timore xp̄i. ¶ Scđi neceſſitas: hoc eſt obediētie in
agēdis/ne q̄d videlicet ſine obedientia p̄ſumat̄: quia
ſimplicioribus forte aliquib⁹ minus ptȝ: aliquanta
videtur ꝓſecutione tangenda. Habenda eſt plane in
agēdis obedientie ſancte auctoritas ſine qua: nec eti
am ipſa bona/bona ſunt voluntas ſiquidem propria
boni virtutem infirmat. Sanctus bernardus ſuꝑ cā
tica ait. Grande malum propria voluntas qua fit in
quit vt bona tua: bona nō ſint. Etenī ſi in die ieiunij
mei inueniatur voluntas mea non tale ieiunium ele
git dominus: nec ſapit illi ieiunium meum quod non
obedientiam: ſed vitium voluntatis proprie ſapit.
Et ſubdit. Ego autem non ſolum de ieiunio: ſed de
ſilentio/de vigilijs/de oratiōe/de lectiōe/de oꝑe ma-
nuum poſtremo: de omni obſeruātia monachi vbi in
uenitur voluntas ſua in eo: et non obedientia magi
ſtri ſui iꝓm ſentio: minime prorſus obſeruantias il-
las. et ſi bonas in ſe inter virtutes cenſuerim depu-
tādas. ¶ Itaq; noui chriſti diſcipuli ſemetipſos pe-
nitus abnegantes in agendis ſuis: id eſt in operatio
nib⁹ locutionib⁹ ⁊ rerū quarūlibet vſu non ꝓpriam
volūtatē: ſed ſuꝑiorum in q̄bus diſpoſitionē ſequant̄
¶ Pro q̄bus tn̄ ſit ſpecialis leoꝝ licentia vel aſſenſ⁹
habēdus cōſiderari oportet. ¶ Et primo circa opera
tiones videndum. Nā eaꝝ. quedam communes ſeu
conuentuales: quedam ſpeciales ſeu perſonales eſſe
noſcuntur. Specialiuȝ enim quedam ad proximum
quedam ad ꝑſonam ꝑtinent oꝑantis. Pro conuen-
tualibus q̄ cōmune ſimul attingunt collegiū exequē
di nō eſt licentia requirenda cū ad hm̄ōi ſit eatenus

ſuperiorum licentia:immo impoſitio generalis vt ea
que ſiue in choro:ſiue in reffectorio:ſiue in alibi mō
ꝑdicto ad vite ꝯuētualis ꝯſuetudinē ꝑtinent nullus
conuentualis auctoritate ꝓpria preter euidentē ne
ceſſitatē licite ꝑtermittat. Inde eſt ꝙ ab officio cho
ri ab aliqua vꝫ hora canonica. vel a cōi conuent⁹ re
fectione aut a conuentualibus:alijs queꝗꝫ abſqꝫ licē
tia remanere:vel aſſiſtentē recedere his necdū in col
legio cōſummatis nō licet. ¶ Pro ſpecialibus ad ꝓ
ximi alterius fratris neceſſitatem ſpectātib⁹ nullus
communis ſeu conuentualis vite/conſuetudini/aut
executioni ſpecialiter iniunctorum impedimentum
ꝑſtātibus nequaꝗꝫ ad ſuperiores:ſicut nec pro com
munibus:pro licentia dixerim recurrendum:cum ſe
cundum apoſtolum. Alter alterius onera portare:et
ꝑ caritatem ſpiritus ſeruire inuicem debeamus. Ve
rumetiam tempꝫ quo conuentualia:vel alia iniun-
cta fieri debent:non ſunt preter licentiam ſpecialia
ſeu gratuita huiuſmodi facienda Illa quoqꝫ que ad
quotidiana cōmuniū officiorꝫ obſequia vl' ad ꝓximi
neceſſitatē nō ꝑtineāt corꝑalem:quale eſt ſcribere in
quaterno ⁊ alia hmōi ſimilia:maxīe ſi occupatiōem
ꝓlixiorē īducūt:agēda ſūt de ſuꝑiorꝫ aſſenſu ¶ Pro
ſpālibus ad ꝑſonā oꝑantis ſpectantibus. ſiue ad car
nis mortificatiōeꝫ ꝑtineāt vt ſunt vigilie nimis lōge
vl' abſtinētie ſingl'ares:ſiue ad exercitiū ſpectēt:oꝑis
manualis ꝑ ſe vl' ꝑ aliū faciēdi licētia q̄raꝛ ſine qua
religioſ⁹ ſuas ſingularitates facere nō dꝫ q̇ppe cui
nec corꝑ⁹ ſuū hr̄e lꝫ ī ꝓp̂a volūtate. Et qđ ſine ꝑmiſ
ſiōe pr̄is ſpūalis fit ꝑ̄ſūptiōi deputabitꝛ vane gl'ie
nō mercedi. Nec pōt ſibi oꝑari ꝓuolito ſiue ꝑ ſcribē
do ſiue alia faciēdo ſiue ī reb⁹ ſuo vſui deputatꝭ vt ſ

libꝛi veſtes lecti et alia huiuſmodi aliter immutan-
do. Incõgrue quoqꝫ ꝓ uno/res pluribus ſeruitura
mutaẽ. Fit res frequenter ex mutatione deterioꝛ et
quod michi ſtudioſe coapto alijs diſcoapto. Hec de
operibus. Nec tamen negauerim ad minima ſeu exi-
lia quedam:et vix reputanda alicuius momenti ſo-
lam ſufficere conuiuentiam prelatoꝛum. Circa locu
tionẽ hoc teneãt:vt corã ſuꝑioꝛe maxime in capitulo
ſine eius aſſẽſu pꝛe habito non loquantur. Alias de
neceſſarijs et honeſtis loco et tempoꝛe debitis loqui
ꝓut eis oꝛdinatum fuerit poterunt ĩter fratres. Lo
cutio vero cum extraneis:ſiue ſeculares:licet fratri
bus obſequentes:ſiue religioſi quilibet fuerint:fra-
tribus nouicijs eſt ꝓbationis tp̃e penitus ĩterdicta
ſine fratre ꝓfeſſo qui omnia loquentis verba et reſpõ
dẽtis audiat ſine licẽtia ſpeciali ſine qua:nec ad poꝛ
tam:nec ad extraneos ĩpis indulgeẽ acceſſ⁹. Perſo
nis tamen huiuſmodi ſi occurrerint poterunt incli-
nare vl' ſi loc⁹ aut tp̃s loquẽdi fuerit poterint ſubter
fugere:bono mõ eos breuiter ſalutare. Si de loquen
do ſecum requiratur ab eis reſpondere humiliter de
bent ſe loquendi aut moꝛandi licentiam non habere.
Nulla ꝓꝛſus alia eoꝛum audiant verba:nec cuꝫ eis
aliquatenus ſedeant vel vlterius cõmoꝛentur:ſed ſi
locutionem neceſſitas exigit:vel honeſtas dicant ad
eos obtenta ſi poterunt licentia reuerſuros valeqꝫ re
cedendo potius faciant q̃ꝫ moꝛando. De licentia tñ
hmõi p̃lato eſt cauti⁹ ꝓuidẽdum vl' ab ĩpo tm̃ vel ab
eoꝝ ĩſtructoꝛe qui eſt eis ab ĩpo religiõis ĩgreſſu ſpe
cialiter aſſignandus ſemper cum p̃ſens in domo fue
rit requiratur ne a diuerſis non abſqꝫ vitãdum cõfu
ſionis periculo minus ꝓuide concedatur. Circa rece

132

ꝑtionem reꝝ diſtributionez et vſum q̄m̄ a ſuperiorū
auctoritate dependent duo p̄cipue ſubditis attendē
da videnť. Primum vt qui dat aliquid illud ex offi
cio poſſit dare ſcd̄m: vt det quidē non ſcd̄m ꝓpriam
voluntatem: ſed prout ſibi a ſuperiore fuerit cōſtitu
tum: nec ſuperſlue dixerim ad officium attēdēdum
qui enim non habet officium adminiſtratiōis nichil
alijs debet commutare vel in fraudem horum dimit
tere poteſt. Rurſum ipſorum officialium officia ſunt
diſtincta. Alijs nāqꝫ neceſſarium rerum non tamen
ꝓcuranda reꝝ eſt diſtributio cōmiſſa ab illis: aut nō ē
abſqꝫ licentia recipiēdū aliq̄d ſpeciale. Aliis aūt iu
xta diuerſa reruz officia cōis diſtributio reꝝ ꝯmittiť
Ab his cōia ipſa ſi ordiarie q̄n̄. ſ. ꝛ vbi vel quo iuxta
ſui limitationem officii diſtribuere debent diſtribuūt
licite recipi poſſunt. qui vero extra ordinarie poſtu
lat ad licentiam ſuperioris recurrat. Preter commu
nia ſupradicta quicunqꝫ rem aliquā occulte ſine ſu
periorum aſſenſu recipit hꝫ vel vtiť a religionis del
irat licētia: ꝛ quicquid habet male habet. Porro cū
illud ꝓpriū eſſe dicatur de quo diſponere licet iuxta
ꝓpriā voluntatez oi aſſenſu alio circūſcridto nō pau
per: ſed dn̄s reputandus veſter q̇ rem q̄cunqꝫ aliť
diſtribuēdo vt libet ſine ſuperiorū auctoritate diſpē
ſat. Res ſūt quidē cōes: ſed vſus diſpoſitio ꝑtinet ad
p̄latos vt p eoꝝ curam ſingulis iuxta modū et regu
lā ſibi a ſctis apl'is cōſtitutā ꝓut vnicuiqꝫ opus fue
rit diuidātur. Uſurpatus aūt ſine licentia rerū vſus
culpabiliter temereqꝫ p̄ſumitur ꝛ p̄ſus illicite vēdi
cať. Statutū quoqꝫ religioſe mācipatiōis euadit q̇
i vſu ꝓprio rē aliquā ſiue q̇buſdā alijs recipit aut
qd̄ maioris culpe recepta occultā a ſuperiorū indicio

non exponit. Qui rem ſibi collatam celauerit ſanctus
auguſtinus eū furti cēſet in iudicio cōdēnādū. Nulla
eni res quam ſuperior non dederit. aut ꝑmiſerit eſt li
cita proprium addicanti. ¶ Sunt qui oblata ſibi ſed
prelato mox deferenda recipere licitum exiſtimant ſꝫ
regulari priuato receptionem occultam nō dixeri eē
tutā. In comodādis pro cohabitantiū indigentia re
bus non eſt lex poſita charitati. Poſſum reꝫ fratri pe
tenti exponere concedandā non tamen impendere vē
dicandā. Proinde fratres nouicii nullatenus ſine li
centia nec a ſeinuicē neqꝫ a fratre neqꝫ a quocūqꝫ ho
mine rem aliquā ſiue tabulas ſiue acum ſiue aliquid
quodlibet accipere aut dare attemptant aliqua ratio
ne. Sic nec litteras a ſe miſſas recipiant. aut aliquo
caſu receptas aperiant que a portitore vel eo qui re-
ceperit eas prius debent ad ſuperiorem vel ſi ſuperi-
or ordinauerit ad eoꝝ inſtructorem deferri. Sic nec
rē alterius fratri vſui deputatam preter ipſius con
ſcientiam occupare licebit. ¶ Genus eſt furti et ple
runqꝫ turbationis occaſio rem fratris vſui deditam
eo ſi adſit īſcio detinere. Poteſt fidelis ſeruus et pru
dens nonnulla pro loco et tempore facere de tacito vł
probabiliter preſumpto ſuperiorum aſſenſu ad ipſuꝫ
deniqꝫ finaliter acta queqꝫ perauſum huiuſmodi re
laturus. De cetero quicquid religioſꝰ boni facit aut
dicit quod ſuo non nouerit diſplicere prelato a vere
obedientie merito non fraudatur. Felix hec ſeruitus
immo glorioſa libertas qua quis ſponte in regiā ven
ditus ſeruitutem deum et eius vicarios potius ꝙ̄ ſe
ipm ſuper ſe regnare conſtituens ſue prorſus renun
cians voluntati.

¶ De preſumptione tam in re ꝙ̄ in ſigno. Cpm. v